

SPECIMEN ACADEMICUM,

DE

SENSU MORALI.

CUJUS

PARTEM PRIOREM,

CONS. AMPLISS. FACULT. PHILOS. IN REG.
ACAD. ABOENSI,

PRÆSIDE

Mag. FRANC. M. FRANZÉN,

Phil. Pract. & Hist. Prof. Reg. & Ord.

PRO GRADU

PUBLICO SUBJICIT EXAMINI

CLAUDIUS MAGNUS MOLIIS

Stipend. Segercrantzianus Satacundensis.

IN AUDITORIO MAG. D. XV DEC. MDCCCIII.

Horis a. m. consuetis.



A BOË, typis Frenckellianis.



Sensus pulchri & decori, in externa hominum vita conspicui, naturalis quædam animi bonitas, sympathia inter pectora mottalium, ceterique pii & benevoli naturæ impulsus, quibus societas humana gratior, & conjunctior redditur, egregia quidem sunt adminicula physici ordinis, qui legibus naturæ immutabilibus in universo conservatus, ab hominum non pendet arbitrio. In morali autem foro, ubi consilia & actiones liberæ imputantur voluntati, quidquid ex congenita naturæ constitutione profluit, nullum omnino habet pretium. Mysterium quidem est, omnem superans cognitionem humanam, libertas illa *transcendentalis*, qua homo, in mundo phænomeneorum natus & educatus, ejusque necessitatibus, physicas leges ecum orporis tum animi sui constituenti, usque ad mortem subjectus, legi morali obediendo ad alium quasi orbem, ubi ipse originaria est causa factorum, se transferre sibi videtur. Sed quisque tamen sibi conscientius est, actionem aliquam hu-

A

humanam, ut moralem, hac conditione auctori suo imputari, si in ea patranda rationis usus fieri potuit. Sine hoc itaque nulla est libertas. Ne liberte autem, quid est virtus, nisi naturae & fortunae donum, quod quidem varie excoli potest, atque ut magnae ingenii doce, ceteraque naturae producta, a providentia divina ad optimos adhiberi fines; quod vero neque ab ullo mortalium jure poscatur, neque uni prae altero veram aliquam tribuat dignitatem? A ratione igitur, non a sensu quodam, qui ab illa non pendeat, omnem esse derivandam veram honestatem, pro certo habemus.

Sed æque certum manet, solam theoriam recti & justi, ab intellectu logice approbatam, non efficere virtutem. Quæ scilicet non in mera contemplatione idem honesti, sed in habitu eam exsequendi consistit. Mra idea intra mentem manet: ut vero practice efficax fiat & causa realis actionis, sensum excitet, necesse est, quo mens in corpus agat, sive rationalis natura in sensualem. Male itaque e doctrina morum omnem rejiciunt sensus moralis mentionem. Nam, ut juris naturae definitio vana & inutilis foret, nisi legislatio civilis, ejus sequendo principia, externam hominum in homines vim quam maxime justam reddere studeret: sic moralis de virtute disciplina, sive Ethica scientia, pulchram quidem & sublimem, de morali hominis dignitate adumbraret imaginem, sed inanem & frustraneam, nisi educatio

mora-

moralis & religiosa id curaret, ut loco vis externæ, quæ in civitate valet, conscientia, sive sensus moralis, homines ad officia sua colenda excitaret & impelleret.

Talem vero existere sensum, qui internam efficiat justitiam & veram virtutem, quum scilicet a ratione ejusque ideis moralibus & religiosis originem suam ducens, in sensualem tamen hominis naturam realem exferat potentiam; his pagellis monere tantum voluimus, ut sic pleniorum rei gravissimæ considerationem Lectoribus iplis, de re morali ejusque practica efficacia sollicitis, commendaremus.

§. II.

Cum vero admodum vaga & incerta sit termini *sensus moralis* significatio: hanc initio definiamus.

Ut in omni de principiis honesti contentione: sic in quæstione de hoc sensu philosophi se invicem ob eam præcipue causam non semper intellectu evidenter: quod unus de principio justum & honestum in objecto, quod lex continet, cognoscendi, alter de principio libertatem subjecti, quod legi obtemperat, obligandi, suæque voluntatis honestatem dijudicandi, disfereret. Sic alii sensum moralem intellectu exerunt esse, vel sensum fere proprio dictum

(Sin-
A 2

(*Sinne*) (*a*), sive aliud quoddam organum morale (*b*), quo mens justum ab injusto, ita fere ut dulce ab amaro, album a nigro, calidum a frigido, aut saltem, ut consonans a dissonanti, pulchrum a turpi, interna quadam experientia immediate discernat, vel notiones quasdam honesti originarias, simplici tantum apprehensione, nullo vero judicio & ratiocinio adveniente, in mente humana se sponte quasi explicantes. Alii vero, rationis & experientiae judicium de rerum inter se nexus & respectu non despernentes, praeципue obligandi principium nomine sensus moralis insignissime videntur: cum scilicet neque ab amore sui, neque a Dei arbitrio, neque a rationis autonomia, sed vel a sympathia inter homines, (*d*) vel ab harmonia quadam inter animum humanum & res morales illum afficientes (*e*), vel a pul-

chritudine morali (*f*) vel ab innata pectoris humani benevolentia (*g*), vim derivarent internam, qua ad honeste agendum nos impelli sentimus. Cum vero in conscientia morali, diversa haec momenta, sensus scilicet recti & decori in actionibus, quatenus externa sunt objecta, in physico rerum ordine effectum, vel naturae consentaneum, vel utilem, vel pulchrum habere, ideoque moraliter necessaria esse intellectui visa, atque sensus justi & honesti in libera hominis voluntate, quatenus ille sibi conscius est, se actionem aliquam velle, non solius commodi causa, sibi inde exspectati, sed ob ipsam illam rectitudinem, sive necessitatem moralis, quam intellectus suus, nulla corruptus cupidine, in ea non potuit non perspicere: cum haec inquam diversa momenta non discernerentur: facile elucet, cur philosophorum de sensu morali docentium genera ita accurate distingui non possint, ut non plurimi, cum sensum moralis praecipue pro cognoscendi principio haberent, simul obligationem ex eo derivasse dicendi sint; & contra. Nobis vero, summae studiis brevitatibus, generalis haec distinctio rei, quam communiter defendunt, conspectum ejus faciliorem reddet.

§. III.

Quod igitur ad primam attinet questionem: an justum in actionibus mero distinguatur sensu: minime qui-

A 3

(*f*) HUME, *Essay on the principles of morality*.

(*g*) ROUSSEAU *Emile* T. 3. Hucheson, Hume, Leopold II, c.

-
- (*a*) HUTCHESON, *a System of moral philosophy* Vol. I.
 - (*b*) V. HEMSTERHUYSEN *Oeuvres Philosophiques* T. I. Lettre sur l'homme & ses rapports. Inclitus hic Batavorum Plato organum morale juxta organa factus, virtus & auditus ponit; ad generaliter tamen honesti notionem formandam, intellectus quoque vim esse necessariam concedit.
 - (*c*) Præter LEIBNITIUM *Nouv. Essais* L. I. cit. II. & III. LEOPOLDIUS noiter peculiari modo hanc proponit sententiam. Sanlade skrifter T. 3. p. 416 lqq.
 - (*d*) SMITH, *Theory of moral sentiments*.
 - (*e*) HEMSTERHUYSEN I. c. p. 196, 199,

quidem negandum est: istam differentiam nullam omnino homini fore, nisi originaria boni & mali distinctio sensuum ope fieret, cum externorum, quibus delectatio & dolor a corporibus hauritur, tum interni, quo animus se ipsum sentit, suis operationibus vel delectatus vel afflictus. Sed mero sensu externo, non nisi physicum & quidem praesens, bonum & malum discernimus; ne horum quidem majorem & minorem gradum sine judicio observaturi. Ad judicium vero opus est, cum memoriae & phantasiae, tum intellectus ope & vi. Similiter internus sensus nihil nisi praesentem exhibit effectum a aut gratum aut ingratum operationum animi. Matum vero & bonum morale, (quo scilicet justum & injustum objectivum intelligimus, non justitiam & injustitiam subjectivam (*h*)), regulis determinandum est generalibus: quarum materia quidem sensuum experientiae sed forma non nisi judicio & ratiocinio debita est.

Sensus ille interior, qui honestum a turpi immediate discernat, unde materiam hauriat, nisi per sensus externos & internum? Unde formam sumat nisi ab inn-

(*b* Ne male intellegamus, observare debemus, nos vocabulum *subjectivi* de eo adhibere, quod in persona agente inest, aut ab ea oritur. *Objectivam* autem appellamus omnem rem, quae personam afficit. Ideoque etiam rationem & virtutem hoc sensu subjectivam vocamus: ideo non negantes, eas esse alio sensu objectivas (universales & neeslatias.)

innata aliqua mentis lege? Qua vero? Num alias in mente leges observare potuimus, quam eas, quae aut in perceptione rerum per sensus, aut in associatione notionum, e qua memoria & phantasia pendent, aut in judicio, abstractione & ratiocinio, aut in idearum rationalium formatione sese produnt? Horum vero generum primum & secundum non nisi materiam sensualem boni moralis praebent. E tertio igitur & quarto forma est querenda; hoc est: non nisi intellectus & ratio, ad experientiam suas adhibentes vires, bonum morale a malo distinguunt.

Hæc argumentatis contra eos quoque valet, qui notiones quasdam morales in mente quasi sponte enasci statuunt, his præcipuis utentes rationibus; una, quod, facto jam antea a mente nostra, actionem aliquam moralem considerante, discriminé honesti & turpis, postea demum, ope judicii & syllogismi, rationem ejus reddere studeamus; altera, quod actionis, de cuius honestate inter omnes mortales convenit, justitiam ostendere ratio & intellectus interdum nequeant. Quæ argumenta, si constent, nimium probent: primum scilicet, hominem ad honeste & juste agendum, intellectu & ratione non omnino egere; deinde nullam esse hominis libertatem, cum actiones suæ, etiam quatenus morales sunt, non a ratione, sed a sensu pendent. Sed facta illa, quibus hæc firmatur hypothesis, alio modo explicari posse nobis

videntur. Quamcunque enim prompta sint judicia nostra moralia: id non impedit, quominus intellectus ea formet. Quantum valeat *habitus* animi non minus quam corporis, ad varias administrandas res, quotidiana docet experientia. Quis nostrum non mero quasi intuitu oculorum librum legit? Num tamen id sine vi intellectus fieri potest? Quantum in puerो mens laboravit, ut litteras dignoscere, syllabas componere, variaque orationis signa intelligere disceret. Similiter, qui notas legens musicas citharam tangit, aut qui manuscriptum typis imitatur, mechanice & immediate id agere & intelligere viderit, quod tamen non nisi arte efficitur. Quid autem impedit, quominus in rebus quoque moralibus dijudicandis, idem valeat habitus intellectus & rationis? Quod vero ad alterum attinet argumentum, actiones esse honestas, quas sensus moralis apud omnes homines approbet, ratio vero rejiciat: id non nisi speciem habet veritatis, facile disparentem, si discrimen observatur, quod facimus, inter justum objectivum, de quo variae esse possunt opiniones, undeque collisiones oriuntur officiorum, & justitiam subjectivam, quae una eademque semper manet. Quamvis enim actio aliqua per se considerata talis non sit, ut intellectus noster eam pro moraliter necessaria sive universaliter probabili habeat; tamen consilium hominis, qui, suam sequens persuasionem, honesta mente, nec sine magno sui commodi neglectu, eandem commisit actionem, quia justam esse

esse credidit, honestatem suam omni rationi probata conservabit.

His paucis minime quidem negamus, elementa rerum moralium sensu dignosci; sed contendimus, iudicio & ratiocinio opus esse, ut a physicis in morales mutentur; cum nil sit morale, nisi regula universalis definitum, haece vero non nisi ab intellectu fiat. Non igitur disputamus, annon verum, justum, benignum, decorum, per se animo humano immediate placent, cuius gratiens ulteriore quærere causam, æque vanum forte sit, ac dulcedinis sive acrimoniae rerum, quæ linguam afficiunt, rationem petere; sed urgemos, has sensus interni observationes, æque ac experientiam sensum externalium de corporum grato & integrato effectu, non efficere nisi materiam honesti objectivi; e quo deinde abstractantur præcepta moralia, intellectu scilicet de causis, finibus & nexus rerum judicante, ratione autem & omnia colligente judicia, & ad leges suas innatas de absoluto & infinito omnem eorum summam ultimo referente.

§. VI.

Neque pro obligandi principio sensum moralem haberi posse, facile constat. Ad obligationem enim requiruntur & lex, quæ obligat, & libera voluntas, quæ

quæ obligatur. Legis vero notio sensu concipi hard potest; atque voluntas, quæ sensu commovetur, minime est libera: nisi sensum intelligis esse effectum legis, conscientiam obligantis. Effectus vero principii obligantis non est ipsum principium. Quod ad sympathiam, harmoniam inter res externas & animum humanum, pulchritudinem moralem, benevolentiam naturalem & ceteros impulsus sociales attinet: hi quidem omnes ab infantia usque, magnam exseruant vim, sensationi, memoriae & phantasiae aliisque causis physicis debitam; moralem vero obligationem minime efficiunt, nisi ratio necessitatem earum lege morali definierit. Hac enim sublata, ad injustitiam æque facile, ac ad justitiam ducunt. Dei vero voluntatem sensu quodam immediato obligare posse; vanum est & periculosum mysticorum figmentum.

§. V.

Sed quamvis negemus, vel objectivum boni & mali moralis discimen, vel subjectivam conscientiae obligationem e sensu morali esse derivandam: hunc tamen vel nullum esse, vel inutilem minime contendimus. Nempe sensus moralis nobis est: intellectus & rationis, aut de bono morali objective concepto judicantium, aut officium, subjective obligans,

in-

injungentium, in pectus sive sentiendi facultatem (per sensum internum) effectus realis: quo animi motus, etiam corpus, cum mente intime coniunctum, afficientes, facile excitentur. Duplicem igitur esse sensus moralis indolem & usum, existimamus. Aut mera cognitione justi & honesti, (in alienis v. c. actionibus, olim & procul patratis nec ad nostram conditionem ullo modo referendis, conspicui) aut obligatione, quam nos ipsi ad juste & honeste agendum sentimus, animus noster movetur. Illum quidem sensum præcedentem hic plerumque sequitur: non tamen semper. Alter certe illo, alter hoc afficiuntur. Atque ille in uno homine est acutior. & celerior, hie in altero efficacior. Ille abingenii cultura, hic a sola rationis & religivnis in voluntatem vi pendet. Illum multi habent vividum & exquisitum, qui hunc negligunt: justo & honesto, in historia, carmine, tabula depicto, vehementer moti; mox tamen justitiam & honestatem in actionibus suis ipsi non servaturi. Utriusque autem sensus colendi in educatione summa habenda est cura; illius, ut discrimen turpis & honesti diligenter sentiatur, hujus vero, ut vis officii semper praesens & efficax sit. Sed ita intellecti sensus moralis & originem ac naturam, & in praxi morali usum, jam ostensuri, quod proprium erat opellæ nostræ consilium: id in aliud tempus differre coacti sumus.

messengers. Gentiles even as they in "marking
days" can "gather and say" (Romans 14:5) that
"the day of the Lord cometh as a thief in the night".
And the author of *Deuteronomy* (Chapter 18) says:
"Behold, I will send you a prophet from among you
from your brethren, like unto me, unto you. And he
shall speak unto you all that I command him, and
you shall not obey his voice. And many of your
brethren shall adders' bites before your eyes, and
they shall torment you; and many shall stumble
and fall, and be evil entreated; and many also shall
die by the sword; and your land shall be divided
among your enemies, and you shall be taken into
captivity." The author of *Deuteronomy* then adds:
"And among them that shall escape from the sword,
you shall be scattered into all the corners of the earth:
and among the nations shall you serve; and there
shall you find rest not; and there shall you be
tormented always: and you shall serve your
enemies round about, which you have not known
heretofore; and among them which you have
been captive, you shall find no rest. And they
shall be a curse unto every people whom they
serve; and among them which you shall be scattered
you shall find no rest." And the author of *Deuteronomy* then
continues: